

est, qvi temporalic commoditate atq; usu permoti, sive accersant
 sive admittant doctrinam Hæreticā, iis non sunt absimiles,
 qvi ut experimentum faciant fortuitæ liberationis, mari
 insiliunt, etsi de iis, qvi casu eò dilapsi, res adeò desperata
 non fit. *Fortuna* tamen volubilis errat! Tò posse ergò clarum
 est, non autem debere nos ex Hæreticorum doctrina fa-
 litem datâ operâ petere. Matth. XXIII, 2. 10. Sic v. g. à Ju-
 dæis Medicis possimus sanitati restitui, non tamen eos
 cupimus, si adsint alii. Sic Elias à corvis satiatus est, sed exem-
 plū regulam non præbet! Ministri enim Anti-Christi, organa
 sunt operativa DEI, Heterodoxias jugo castigantis, non
 lactantis. Electos tamen tuetur DEUS, Matth. XXIV.
 v. 24. Apoc. XIII, 16. IX, 4. VII, 3. XVII, 3. Ex qvibus
 diëtis de *Apostatarum* periculo simul ferri h. l. potest judi-
 cium! Matth. XXIII, 13. 15.

Thef. XVI.

Hæretici qvidem interdum occultè etiam solent ir-
 repere in Ecclesiam visibilem, atq; Topicam, sed
 ideo non sunt vera Catholicæ & invisibilis Eccle-
 siæ membra. Uti ipse Bellarminus confitetur aliquos ti-
 more aut commodo temporali permotos, fidem profite-
 ri, & sacris communicare, qvos ungvibus & capillis ipse
 comparat. Christus zizaniis, Matth. XIII, 24. qvæ uti violen-
 ter ante Messiem non evelli, ita istos compertos, ob solum viti-
 um intellectuale non occidi, Luc. IX, 54. 2. Cor. X, 4. 2. Tim.
 II, 25. Tit. III, 10. post unam tamen alteramq; admonitio-
 nem vitari, 2. Tim. II, 17. & nisi pacta aut majora obstent pe-
 ricula, ejici jubet contra Acontium, qvi L. VI. de strateg. Satana.
 Libertatem Religionum ubi vis obtinere debere afferit.

E 2

The.